UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Christus Magister. Magister vester unus est Christus, Matth. 23.
Consideratio excitatoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

CHRISTUS MAGISTER.

Magiſter veſter unus eſt Chriſtus, *Matth.*

Conſideratio excitatoria.

SAlomon Regum ſapientiſſimus Te-
plum Majeſtati divinæ magnificen-
mum ſeptem annis condidit; tanto ſp-
dore & elegantiâ, ut nihil in eo reperire-
quod auro puriſſimo non tegeretur; ut
cam fœderis in eo collocaret. Et ego te-
plum Dei ſum, in quo non Arca, ſed
Dominus collocabitur: quibus igitur
tutum cælaturis & figuris? quo auro
tatis illud mihi adornandum erit? quo
do illum in Templum hoc introdu-
qui vix mediam devotè novi expen-
horam; & utinam vel ſemel dignè med-

Suſpiria per diem.

I. Magiſter bone, quid faciendo vi-
æternam poſſidebo? *Luca* 18. Doce me
cere juſtificationes tuas.

II. Lux vera, quæ illuminas om-
hominem venientem in hunc mund-
illumina me! Loquere Domine quia
ſervus tuus.

III. Tranſeamus uſque Bethlehem

vid-

videamus hoc Verbum quod factum eſt, & audiamus quid loquatur in nobis Dominus.

Orationes præparatorias recita, & Sacrum celebra, jam veluti in ſtabulo Bethlehemitico ad præſepe Domini, coram Beatiſſima Virgine, S. Joſepho, Angelis, Paſtoribus, Tribus Regibus; aliàs veluti in templo Hieroſolymitano coràm S. Simeone & Anna.

ANTE SACRUM

I. Humilitatis Affectus.

ANima mea tranſeamus uſque Bethlehem & videamus hoc Verbum quod factum & incarnatum eſt: & audiamus quid loquatur in nobis: nam ſtabulum eſt gymnaſium, præſepe Cathedra, Infans Doctor Juſtitiæ, non tam verbo, quàm exemplo clamans, ut diſcas eſſe mitis & humilis corde.

O Magiſter humillime! quemadmodum in ſtabulo natus infantili ſpecie omnia magnalia tua contegendo altiſſimæ humilitatis perfectionem doces; ita ſub ſpeciebus Euchariſticis majeſtatem, potenti-